

NUMMUS MILITARIS FRONSPERGII ET MILITVM

Germanorum, à confœderatis Belgicæ statibus Bræ-
dæ obsessorum : cusus Anno Chri-
sti 1577.



Nruepiâ mirabiliter metu periculoque secundæ
deprædationis liberatâ, Fronspergius ad reliquos fu-
os milites Bredam : Fuggerus Bergosomam confu-
git. Obsessâ ab ordinibus Bredâ, cum præsidia iij nul-
lam subsidij spem superesse viderent, Fronspergium
& Kinseckum, quorum culpâ non tantum stipendia
differri, sed & irrita prorsus reddi sentiebant, cate-
nis puteo alligatos, in ipso oppidi foro, totâ nocte
tenent : summoque iure cum eis agi volunt : ac tan-
dem, de stipendij satisfactione cum ordinibus pacti, urbem & Fronsp-
ergium, aliosque Coryphæos in ordinum potestatem victos tradunt :
qui tamen paulo post factâ compositione, vinculis emit-
tuntur. *Meteranus.*

